



REGIÆ CATHOL. MATH. PRIVATA LEGE
BRUXELLIS ANNO D. C¹0. I^o. LXX.
SEPT. ID. MARTII LATA ET FIRMATA
I. DE LANGHE SVB GRAVI MVLCTA
CAVETVR, NE QVIS, CITRA CHRI-
STOPH. PLANTINI PROTOTYPOGR.
REGII VOLVNTATEM, HÆC SALVTIS
HUMANÆ MONVMENTA, &c. PROX.
SEXENNIO VLLO MODO IMITETVR,
IMPRIMAT, VEL QVOVIS MODO
DISTRAHAT.

F. LIBRARIUS LIBR.
RESTITUTUS

CHRISTOPHORVS PLANTI-
NVS LECTORI S.



V M omnes cogitationes, stu-
dium, operam, atq. adeo quid-
quid in nobis est, cädide Lector,
ad Typographiam, que ceteras
artes sua præstantia illustrat, iamdiu contule-
rimus; nihil nobis charius certè, aut antiquius
est, quām vt bonarum literarum, ac potissi-
mū sacrosancte Theologie studia omni ex-
parte promoueamus, ac piis, iisdemque multi-
plici disciplinarum genere ornatis viris, cōti-
nuo labore, ac industria (quantulacunque ea
est) pro viribus cōsulamus. Neq. verò in præ-
benda studiofis hominibus materia, & copio-
sa gratissimorū studiorū supellestile, adeo to-
tius, quin nonnulla etiam oblectamenta
graibus intermixta studiis, lectoribus sub-
inde proponamus. Hoc enim inter cetera nobis
semper fuit propositum, vt scribis studiis, &
continuis laboribus defatigatos, iucunda ali-
qua, neque ea tamen inani occupatione inter-
dum detineremus. hoc itaque consilio adduicti
præstatiſimos ac probatiſimos quosq. Poē-
tas, tum veteres, tum recentiores: nonnulla

A 2 etiam

etiam alia, in omni ferē artium (quarum professoribus nos satis esse facturos existimauimus) ac scientiarum genere opuscula, typis, quo ad fieri potuit, elegantibus, excudimus. Cū verò inter ceteras artes, quas diuina munificētia hominibus elargita est, pictura ea sit, que tum utilitatis, tum delectationis non infimas partes suo iure quodāmodo sibi vendicet, quippe quæ res omnes, quæ quidem in hac rerum cūniveritate conspiciuntur, ita representet, atque ita oculos teneat, ut ea tanquam viuæ rerum imagines imperitos etiam ipsos res gestas luculenter edoceant, ipsumque animum moueant, atq. adeò alias lecta, quarumque memoria exciderat, sui inspectione imminentem reuocent, ut hac potissimum de causa non paruam hæc ars cū typographicā nostrā affinitatem habere videatur: Institutū nostri esse existimauimus Arīe Montani publicā utilitatis studiosissimi, ac de bonis literis, & disciplinis optimè meriti, Architecturæ etiam peritissimi (cui enim nisi ingeniosissimo huic viro, tabularum, quas in hoc opere artificiosè calatas conspicias, admirabilem structurā acceptam referamus?) secundissimū, & quo-

uis doctrinæ genere refertissimū opus, id est, cūnam & septuaginta adas, quibus ille felici quadam ingenij dexteritate, carminis elegan-
tia, & grauitate maximum, & admirabile omnino salutis nostræ mysterium iam inde ab ipso primi parentis lapsu ad Euangelistas vnde prosecutus est, exhibitis ad eam rem ex-
ercitatissimis pictoribus, & tabellarū, qui
bus sacra historiæ aptissime representantur,
calatoribus, summis laboribus, ac sumptibus,
quibus proœctio, hac potissimum in parte, ut
videre est, non pepercimus, qua potuimus in-
dustria, typis nostris excudere: idq. ita elabo-
ratum & omnibus suis partibus absolutum
tibi tandem exhibere. Qua quidem in re si
nostros labores tibi gratos esse comperiemus,
longè maiora, Deo dante, tum ab ipso Au-
to-
re, tum etiam à nobis post hac in communem
studiorum utilitatem, cui nos totos nostra-
que omnia dedicauimus, continuò prodibūt.
Vale, & nostrum hunc laborem & qui consule.
Antuerpiæ Calend. Maij, Anno à Virginis
partu, M. D. LXXI.

CHRI-

CHRISTO LIBERA-
TORI S.

CHRISTE, tuas landes, tua magna negotia, parui;
Aggredimur breuibus dicere carminibus.
Ponimus exiguis memoranda exempla tabellis,
Consilium & summi per tua gesta patris.
Dum reficit pictura oculos, dum carmina mente,
Te placidum nostris infere pectoribus.
Tunc dabitur miranda animis arcana videre,
Creditaq; humanam vincere sorte vicem.
Tunc animis fidibusq; nouis, meliora feremus
Carmina, de donis munera nata tuis.



In tabulam Mosis Prophetæ.

ODE SAPPHICA II.

CLARA Lenitum siboles, Deo nec
Non viris charum caput, ac puellis,
Quem ferax Nilus puerum innocentis
Sustulit amne:

Si quid angusto celebrare versu
Possimus magnum, tibi nostra mixta
Vox ferat Moses fidibus dicati
Carminis hymnum.

Te repromisse proprium salutis
Indicem, ingratus fugat in remotas
Proditor gentes, generum sed hospes
Nobilis optat.

Redditus tandem populo tuorum
Nuncius magni superum parentis,
Rector afflicti & generis minister,
Nosceris idem.

Præpotens herbis magicoq; cantu
Thana mentitas simulare formas,
Mox tibi veris agitata monstris
Victaq; gesit.

Impiger ductor populi timentis,
Pectora ut verbis recreas disertis;
Ipse, que nunquam metuis, pericla
Vincere monstras.

Numinis puræ placitura menti
Iura, quæ gentes metuantque reges,
Certus interpres capis, obstupendo
Clarus honore.

VERAE

VERAE SAPIENTIA RUDIMENTA.

Dux hominū interpresq; Dei mitissime Moses
Omnia qui primus tempora ponis, aue.



FIDELI MINISTRO POS.

A 5

In

In tabulam prævaricationis parentum.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS. III.

E H E V laborum pondera maxima,
Mortale quondam queis premitur genus,
Inuexit orbi tunc recente
Femineæ leuitatis error.
Postquam parentum, plura petentium
Quam vox benigni præbuerat Dei;
Attendit infansq; draconis
Credulitas male suada verbis:
Ardor negate dum sapientie,
Summiq; certans ambitio loci
Angustiores dat videri
Divitias, cumulumq; celat.
Pellexit arbos raraque frondium
Prospecta, ramis forma micantibus,
Fatale ut auderent sceles
Dente (nefas) temerare malum.
Conceptus egro pectore conscius
Succus, patenteis mox reserat vias,
Qua culpa lethi saua mater,
Visceribusque, animisque regnet.
Hoc fonte rixæ, dissidia & furor,
Pugna, rapina, seuque criminum
Turba & dolores in nepotum
Dedecus exitiumque manant.

AMBI-

AMBITIO ARVM NOSA.

Principium errorisq; mali, miseræq; ruinae
Est præceptor i credere nolle Deo.



P. B. AB.

FRAUDIS EXPOLIATRICIS MONVM.

In

In tabulam Serpentis à Deo maledicti.


ODE DISCOLOS TETRASTROPHOS. IIII.

VICTOR diu, paterib[us] perpetua iugis
Depressis, celebrat gaudia Lucifer;
Praetara & repetit cum grege perfido
Palme premia nobilis:
Duci fata suis audiit absonta
Incepit stabili consilio Dei:
Cristatumque gensens pulvere verticem
Squamosus posuit Draco.
Nam cur tu inuidie frandib[us] insolens
Virtutis referas vel sapientie
Laudem? colloquio quod superes nimis
Vano, semineum caput?
Iam te sollicitum terribiles metus,
Expers leticie & suspicio manet:
Quae semper paucis pectore sentias,
Nec vitare queas feris.
Quin de semine stirpe, tenerrimus
Nascetur valido robore surcului:
Istud comminuat qui cerebrum citio,
Huic dum tu insidias paras.
Exercere malis ingenium dolis,
Et rumpi iuidia, perpetuum tibi,
Torquerique animo; quod propriis male
Demens consiliis cadas.
Dein vietius grauibus guttura vinculis,
Æterneq[ue] caput supplicio dabis,
Et commenta tremens stultitia tuae
Flammis vindicibus lues.

CON-

CONSILIVM ABSCONDITVM.

Ingeniis hominum cunctis reperire negatum
Surgit opus, magno propositum Artifici.



MISERICORDIÆ ASSERTRICI. 5.

In

In tabulam Noë sacrificantis.

ODE SAPPHICA. V.

SOL ubi celo faciem sereno
Puris ostendit, decus atque rebus
Redditum est, quales variata formas
Terra tenebat:
(Nuper hēc noxis hominum per omnes
Ambitus Lune, penitus negata his
Vsbū vita & pelago innatans.
Cedere iussa.)
Tunc senex, auctor sōbolis future,
Cespite instratas pia thura ad aras
Admouet, iungens precibus probanda
Dona superstes.
Annuit votis Deus, ac benigna
Voce, sīt, dixit, renouata certis
Cursibus, iustos habitura mundi
Tempora fines.
Iam semel vastis periisse in undis
Secla brutorum sōbolemq. Adami,
Sūt satis; post hac potiora tecum
Fædera iungam.

FOEDVS INSTAVRATVM.

Fraude hominū Deus offensus cūm cōcipit iras,
Consilij clemens est memor usque sui.



MISERICORDIAE PROSPECTRICI. 5.

In

In tabulam peregrinationis Abrahæ.

ODE DICOLOS DISTROPHOS
AD FIDEM VI.

QVEM tu dina fides virum
Vimentem solidō peltore fixeris;
Vulgo & sepositum leni,
Arcam imbueris muneribus tuis;
Illum non labor improbus,
Ignotius loci suspicio tremens,
Aut urbis memorem suæ,
Laudantemque sibi commoda cogniti;
Terret, quo minus arduas
Iussus voce Dei perficiat vias.
Quamquam incerta quies loci
Non usquam stabilem contineat domum;
Iamq; exusta caloribus,
Iam concreta pigra frigoribus nivis
Ostentet regio metum:
Non sylue indomitis horribiles feris.
Non præcepit flumij fragor,
Non obiecta hominum turba nocentium
Frangit propositum graue,
Quin metam teneat viator amabilem.
O virtutibus integris
Dux certa, & superum viribus emula,
O que corpore languidis
Robur sufficere & vim potes integrum;
Tu insperata parentibus
Effeto semo pignora prospicis;
Tu monte strahere, & maris
Fluctus disicere, & flumina rupibus
Insuetas nona per vias
Derihare potes; nam bonus omnia
Regnator superum tuis
Et se se voluit tradere nutibus,

OBEDIENTIA CONSTANS.

Ille sapit, qui dinitias patriamq; genusq;
Qui decus in solo numine proposuit.



FIDEI DUCI SAC.

B

IR

In tabulam tentationis Abraham.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS. VII

SPECTATVM innumeris ante periculis
Vincit fidei robur, in ultimos
Incursus stabilis sustinet Abraham,
Eternusque meret decus.

Incensus studiis, & docilis sequi
Quicquid vel imbeat vel vetet arbiter,
Celorum bonus & calicolum sator
Qui se subdiderat pius.

Exhausti seni pignora dulcia
Concessa, ac sobolis semina postere,
Flammis ut properet tradere mysticis,
Præsens voce monet Deus.

Illum non inuenis vultus amabilis,
Hostis qui gladium sisteret, ac manus,
Nec virtus variis unica seculis
Turbat, nec pietas patrem:

Orbante aut gemitus coniugis, & trahi
Questu perpetuo difficiles dies,
Aut immensus amor continet editi
Nati non solitis modis.

Promissam sobolem iussa negantia, &
Pugnans pollicitis consilium nonum
Non sinit debum, nec facit exitus
Spem depanere prospici.

Namque immota fides, cum semel hæcerit
Deuoto penitus pectori, sustinet
Quicquid vel superum, vel genui inferum
Vel titare paret Deus.

FIDEI

FIDEI TESTIMONIVM.

Nil nisi quod dixit Dñs sapere, hoc sapietum est,
Et nusquam visum fallere consilium.



DEO EXAMINATORI. S.

B. 2

16

In somniū Iacob.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. VIII.

Quā patrīa firmata clīm fūnt fæderā primis,
Nemō capta ab orbī ante termino,
Et quæ primus hominum, quaq; altera credidit atq;
Rudi sed usque perniciēta īmagine:
Huc cādem iam clara magis, mōstratāq; cernit
Sue Iacobū expedita tempore.
Quā dūs būnūlīs, fugientq; minas fratriūq; furorē,
Deus vocaret, māz vota posceret;
Et placido uenī membra daret recreanda sopori,
Labore p̄fusa, mente sed vigil magis:
En certus decūlīq;, poli manifila videbat
Patentis ampla perniciēta limina;
Immixtamq; sōlo scalam, qua vertice summo,
Poli tonantis alta templa vinceret;
Multiſidaq; gradū, terris deduceret imis
Ad usque tēlla fulgidi orbī aurea.
Ilic supremam fidem, pater ipse benignè
Fauens, tenebat efficace nūmine,
Quā vultu ſoluq; ignes, hyemesq; minales,
Et impatenſis impetus maris regit.
Hac uer ad ſupero: dūcīt, certamq; patēre
Uiam perennis usque ad intima aetheris.
Iamq; oblatā hominum generi commercia diuīm
Vident, fatetur atque adorat excita.
Cernit enim aligeros, non agmina rara, ministros
Identidem altos ferre per gradū pedem:
Inde hominum terras iuifere, rurſu & iſhing
Tonantis alta commeare limina.
Tunc paues agnoscitq; domum portamq; supernam.
Opus ſed altra quod pererrat ultima,
Quodq; premens terras, praterholat aetherā in arēlūm
Vocare eārmen & referre ſit nefar.

HVM A*

HUMANA DIVINITAS.

Cūr tanto genus humanum dignetur honore
Dicere, non niſi qui perficere ipſe potest.



DEI PHILANTHROPIÆ. S.

B 3

In

In testamentum Israëlis.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

VICINA letho prouida mens senis,
Emissa patrum iendere ad inferas
Sedes piorum, quas ferent.
Spes patriam recolens supernam:
Et iam secundo proxima lumeni,
Solusida pressi & corporis artibus,
Celiq; pronissis adhaerens,
Certi boni memor & futuri;
Dilecta prolix pignora posse
Bis sena certius nomina conuocat,
Sperare unde & comparandam
Sideribus sibolis caterum.
His tum vagantur hospitibus domo,
Certis nec usquam compotibus soli,
Speranda venturos in annos
Acta canit, numerataq; sortes:
Et regna, regum & munera, divites
Promittit urbes, & spolia, atque opes:
Gentes, & extinctos tyranos,
Numinis auxilio potentius.
Mores ac potum, cunctaq; ab ordine
Spectanda rerum secula differit;
Seruanda precepta & secundis
Temporibus dubiusq; dictat.
Responsa magni mystica consili,
Plenunq; priscis pollicitis opus,
Sermone que eternam latenti
Mentibus insinuant salutem.
Ille & sepulchri funera debita
Optabat, agris in Iebusum sibi,
Mansurus electos nepotes
Sede pisi patribus notata.

FIDES

FIDES MORTI INSUPERABILIS.

Constituit rerum certos ex ordine fines,
Vatibus & tradit secla notanda Deus.



DEO DOCTORI SAPIENTI. S.

B 4 In

In tabulam Mosis expositi.

ODE SAPPHICA. XI.

NVLLA vi terris, licet usque densa
Fulta conata, valet impavidus
Nuxinis certam variare mentem,
Consiliumue.

Nam simul iunctis opibus, manuq;
Struta mens tentat temerare sanctos,
Nescit, ac celi tamen euhendos
Suscepit orsus.

Quiq; deduci monitis supernis
(Quo iunani puras recreantq; mentes)
Abnuit, sumptis, equis ut, capistris
Voluitur amens;

Ne queat sacros retinere cursus.
Impi quondam soboles Chamei,
Nempe dilectam superis parabat
Perdere gentem.

Quodq; plantarat Deus ipse cultor
Germen augende pietatis, vndis
Dannat, & monstris flumij tyrannus
Destinat atrox.

Sed nefas horret subiisse Nibus,
Audit ut flentis pueri querelam,
Quem dat arcane Deus admisstrum
Esse salutis.

Ips& insonteis vigil annis vndas
Contrahit, parcens properare, & acres
Continent morsus liquido adnatantes
Flumine pisces.

Denique iniuste populator aula
Omni sit & vindex generi, nocentis
Regis ingratu gremio sonetur,
Crescit & ignis.

TYRAN-

TYRANNVS MISERICORDIA CONCED.

Casibus in duris rerum, spes certa salutis
Expectare, bonus quid velit ipse Deus.



PROVIDENTIA VICTRICI. S.

B 5 In

In tabulam Mosis, populi salutem meditantis.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XI.

O LIM capite iam brennum dñs
Et mente Moës, robore & integro
Nen vana sperande salutis
Signa suo generi adserebat:
Quanquam educari molliter anlico
Fastu valeres delitius fras,
Et verba concepti favoris
Vendere, composuitq; sicutum.
Nen ullus amplis doct; or artibus
Certijs beli consiliis prior,
Æquanda comparare posset
Nomina principib; supremis.
Sed quidquid alti virilium ageni
Fideue posset robore corporis,
Totum paterno dedicabit.
Ille Deo & populo sustinuit.
Hocum labores commisit, eti; grantis,
Premitu leuare ac non timidus mori,
Proponit audax & daceri,
Et facere auxiliu periculum.
Vires probare & consilium efficere
Teflii videret (ni foret improbus)
Qui Egyptij vidit sepulchro
Membra aari nimium superbi.
Sed prona fraudi mens hominum fuit,
Et sepe certis inuidia comodis,
Exempla monstrata salutis
Prodit & auxiliu ministrum.
Hunc regis ira & generis dolos
Grato cauentem pignore suscepit,
Seruatq; Madianes ad illa
Tempora, que Dei annotarant.

OPTIO

OPTIO INCOMPARABILIS.

publica cura animos magnos, & peccora tentati
Certaq; discriben corda subire graue.



SAPIENTIAE ILLUMINATRICI S.

In

In tabulam Mosis, rubi incendium mirati.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XIII.

FLAMMAS invacuas non sibi unum genus,
Incensu*s*, ruborem si endibus integrum,

Andax noscere Pastor

Vel tentare (*nefas*) caue.

Quemvis tui Pharus cultior artibus,

Calo dinumeres astra nitenus;

Et res numeris uniu,

Quas tellus fener ac mare;

Humanam faciunt hec sapientiam,

Et nostro positos ingenuo modos,

Onus attingere mundi

Vix conclusa licet polis.

Quod si tantus amor discere, quam nouum

Mirator speciem conspicis, infimis

Curas excue terra,

Et fastus animi granus.

Fadis ne temeres, ab, loca sordibus;

Quae cernis sacra sunt plena*s*, numinis:

Hac mente, & pede puro,

Simplex discipulus peras.

Hic iam veridica voce docebvere,

Quam magnis valcat viribus efficax

Ignis, tertie mundi

Format, in speciem nouam.

Namque ille & tenebras, & chaos, & nihil

Quendam discutens intulit optimi

Mundi consena membra,

Finesq*u*, & varium decut.

Idem gratus amor perpetuo bonus,

Flamma quem specie non temere vides,

Viam reddere & alman

Lucem terrigenus parat.

DIVI-

DIVINÆ VIRTUTIS SPECIMEN.

Fluctibus in mediis & tempestatis arboreis
Certa est, que claris lux micet alma piis.



MISERICORDIAE MEMORI.

In

In tabulam exitus ex Aegypto.

O DE DICOLOS DISTROPHOS X I I I.

Isaci pueris regri
Maturi maledicunt cura sibi viri,
Mixta matribus ac nuris,
Et quantum populi est ordine ab infimo;
Matritate laboribus
Exire, atque lacu seruitij granis.
Aurum, & gemmea pocula,
Argenti & solidi vasa nitentia,
Texte & vellera purpure,
Et quicquid spolijs possideat ferax
Diri progenies Cham,
Demitis penitus diripi te hostibus.
Nec clementia parcer e
Cuiquam, nec statuat pignoribus modum:
Vestrum nam, pacidi more,
Discissum rediment munere quilibet.
Suctos pondus iniquius
Compulsis humeris tollere sarcinas
Iam nunc non pugnat granis;
Et vires cionulent diutiae nouas.
Summi bina dextera numinis,
Hinc addant animos gaudia publica,
Sancti bina auspicium ducis,
Qui vos e tenebris carceris horridi,
Duris atque insperio iugi
Ereptos retulit luminis in diem,
Arcanus meritat diem,
Dignam & perpetuis carminibus coli,
Vita manna libera
Quae seruus renouat, que populi decus.
Summi consilium Dei,
Vos iam magnificis tollite laudibus;
Iam spem concipite optimam,
Iam sentite, fluant ut lenius dies.

EVANGELIUM EXEMPLVM.

Nil non posse datum iis quorum pietasq; fidesq;
Prompta sequi cedit, qua vocat usque Deus.



VERBO EFFICACI SAC.

In

In tabulam maris rubri.

HYMNVS HEXAMETER XLIIL

Qua maris undisq; longo sinuata recessu
Littora, diductas propulsant margine rubro,
Hic Ethiopia terras, Niliq; vagantis
Terrigos campus; Arabum spirantia thure
Arua bono, & geminis ilinc palmariq; decora,
Divini praesixa olim monumenta triumpbi,
Perpetuo stabilita manent, semperq; manebunt;
Dius lux, dum celo constent radiantia puro
Sidera; & assiduo spirantes agmine venti
Aeris reperire trahit, pelagoq; tumenti
Confabunt liquidas non irrita iura per undas.
Hui etenim populos quondam sausq; tyrannum,
(Sacrilegam sebalem Chami, Pharisaei, colonos)
Militibus Deus exerit, furibundaq; fudit
Consilia, atque ipsas immensa strage, nec ullo
Sermatos numero, tussit descendere in atras
Pallentis letiq; demas, Erebiq; tenebras,
Contento studio summi & viribus ausas
Iudicium temerare Patris, cui maxima mundi
Corpora concordi parent variantia lege:
Omniq; sicut populum promissa ad regna vocatum
Inserat, iniustumq; iugum, senasq; catenes
(Excelsa que cuncta manu confregerat ipse)
Excutere, & monstrata sequi dicti, vieq;
Signa, reverentes gratae memoranda per annos.
Ergo lectam amnis, discissas ducta per undas,
Vitalem mirata diem, procul aspicit omni
Littore procellas boleas, numeriq; carentem
Exanimis turbam in pelago, partemq; profundo
Conuicit inversam caeno, fabulosq; sepultam,
Liberasq; exultas plebes, landatasq; potentis

ACTA DEI, ARCANAE QUE CANIT
MONUMENTA SALVTIS.

ARCANAE SALVTIS ARGVM.

Quaeis voluit prodesse Deus, Naturabenigna est
Omnis, at ultricem fert inimica cohors.



DEO VICTORI VINDICI SAC.

C In

In tabulam accepte Legis apud Sina montem.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XV.

Quod prima nusquam secula viderant,
Videre cani cum pueris senes,
Vixq; nubilisq; virgo,
Turba paucis populisq; cunctis,
Mortalium uti colloquiis Deum,
Et voce sancti numinis indice,
Presentis electaq; gentis
Fædera participem subire:
Cum liberatam seruitio graui
Plebem sacratis montium in abditu
Doctorg; , dictatorq; coram
Alloquitur , recitatq; leges.
Cui signa prefert sollicitus timor,
Quid corda miro concutit impetus,
Clamore perrumpens tubaq;
Saxa sono , tremulosq; monteis.
Hinc ignis alto deuolat ethere,
Summiq; tractus montis & aëra
Collustrat , urenteisq; flammas
Congeminat , penetrataq; cautes.
Tunc explicatis vocibus , optima
Preceptra plebes , irraq; suscipit,
Equumq; , prælucenq; verum,
Faq; pium , officiuq; normam;
Legesq; certum qua doceant decu;
Sed mole monteis concutiant graui,
Morboq; languenteis aucto,
Imperio exagent tremendo:
Donec potenti numine , cordium
Illapsus urat spiritus intima,
Prestare & expertes panoris
Sponte unimos meliora donet.

HVMĀ-

HUMANÆ INFIRMITUDINIS EXAM.

Lux terris veneranda micat , mortalia sed que
Luminæ præstringens turbet & usq; premat.



DEO PYRO SANCTO TERRIE. 5.

C. I.

In tabulam collectionis manuꝝ.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XVI.

PENV benigni ex aetheris editam,
Intaminato & manere simplicem.
Miratur annem legendo
Plebs alacris, cumulumqu, magnum.
Defecta parcis quos tulerat cibis
Festina sacrum dam sequitur ducem,
Verbiqu, concedens supernis,
T esqua petit sterilesqu, tractus.
Tunc prouidentis consilio Dei
Educta turme pennigera cohors,
De raro confitas sereno
Ambrofianqu, epulaqu, promit.
Nullis parata hac dona laboribus,
Lentis vel anni curfibui, aut grani
Quasita curvarum tumultu
Lucifer exoriens ferebat.
Sic dormienti, cui Deu*m* affuit,
Adaucta retum commoda cernimur,
Ædeisqu, crescentemqu, longo
Tempore progeniem parari:
Dum certius ille, & pollicitis p*iu*
Credens benignis, non timee ardua
Ferre, atque quā dicit vocans
Mens, sequitur, peragratqu certius.
Hec esca plenam numinis & manum.
Atque efficacem pascere comprobat,
Natura seu iussu ministret,
Siue neget properata parteis.
Maiora nostris ferula seculis
Delata puri culminibus poli
Ponuntur, eternequ, vite
Pignorata terrigenis petenda.

FIDES

FIDES HVSQUAM EGNE.

Esse homini in terris poterit qua grata voluptas,
Cui diuina semel contigit Ambrosia?



PROVIDENTIA LOCUPLETI S.

C 3

In

In tabulam Israëlitarum Iordanem transiuntium.

ODE SAPPHICA XVII.

NON paucis vanis metus, & viarum
Qui negat durostolerare casus,
Longa vel deses memorat remoti
Tedia finis;
Sed fides constans animiq; magni,
Quia semel certo radiata verbo,
Tranitem ostensum subit, atque celi
Prospicit alti
Templa, lux unde & fauor, ac potentis
Vis tenax verbi, penetrare prompta
Turbidi fluctus maris, ac secundo
Gratia ductu;
Illa mirandos superans labores,
Quos iuncte quondam meminisse, pulchrum
Premisum summo positum reportat
Culmine victrix.
Tunc probat sortis memor & prioris,
Digna quam multis fuerint periclis,
Quamq; contento repetenda cursu
Munera dia.
Sic & Aegypti miseris redempta
Vinculis felix manus, aduocanti &
Obsequens verbo, tenuit quietis
Regna beatæ.
Hinc inaccessos trepidare montes,
Hinc opes visa est solito priores
Largini turba venienti in usum
Fundere tellus.
Primus & custos regionis, altum
Sensit ut numen, renuens morari,
Fluminis portam vitream tumentis
Pandit Iarden.

CON-

CONSTANTIA FRUCTVS.

Felix qui monitisq; Dei verbisq; benigni
Audiit, ille sacra compos erit patriæ.



FIDELI DEO. S.

C 4

In

In tabulam expugnatrum gentium.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XVIII.

AUDITA quantum vox valeat Dei
Rerum nouandis cursibus edere,
Videre, qui dicto audientes,
Castra loci tetigere odori.
Insuetis terris turma recentibus,
Vastis neque ampli corporis artubus
Æquanda cum vulgo tumentum,
Quos regio tulerat, gigantum;
Densis sed una cum populis ramen
Exercitari robore prælij,
Non parua malitos tyrannos
Consilia exuperavit hospes.
Antiqua namque hos crimina, cum suis
Damnata proorsus gentibus, ultimæ
Perferre pœnas, atque anitis
Tradiderant spoliare fundis.
Quos non labore, at nomine vindice
Dux sternit inßans. Adsumus, adsumus
Ultoris æterni ministri,
Atque suos peragentis orsus.
Vexata tellus fraudibus impiis,
Prolem nefandi conuocuit Chami,
Natosq; suscepit fidelis
Hospitis, & memor & beata.
Arcana quo iam nomina maximi
Doctore primum numinis audiit:
Qui secula, celestesque turmas
Unus agit moderator æquis.
Turrita iuslo mœnia iudici
Firmata vastis vectibus, & trabas
Cessere, & ingenti ruina
Sponte sua, patueremur. 1520. 1. 2

AN I-

ANIMADVERSIO MATVRESCENS.

Non gladio aut numero, nō vi, sed numinis alti
Consiliis certis vincere magna datur.



DEO ULTORI IVSTO S.

C 5

In

In tabulam terræ distributæ.

ODE TRICOLOS TETRASTRO-
PHOS XIX.

DIFFERTA rerum dinitè copia
Munita densis gentibus, arduo &
Vallata mirorum redactu,
Regna cadunt pereuntq; iniqua.
Collata quamvis consilia, & manus,
Et conuocatis fædera regibus,
Arniq; fulgentes iniquas
Munierint populi rapinas:
Solum potentis consilium Dei
Exors refringi, permanet & quibus
Audita præmonstrant vocantis
Dicta viam intrepide obsecutis.
Extructa multis oppida sumptibus,
Impletat auro posteritas Chami,
Et gemma & ostri præminentis,
Velleribusq; opibusq; magnis:
Sed fraude cœca ac precipiti dolo
Quæsita, fædisq; vſibus addita,
Proscripsit integri potestas
Iudicij dominosq; pressit.
Hec ipse nullis indigus arbiter
Ducto colono diuidit, & bonos
Commendat exercere in uſus,
Non propriae referenda laudi;
Valde stupent tam citò plurium
Cessisse regnum imperium sibi;
Et ante quam possent obiri
Cuncta oculis, potuissevinci.

PER-

PERSEVERANTIAE EXITVS.

Quis tam multa citò penitus superada putarit?
Qui superum iussis credit & studuit?



DEO VERACI POTENTI S.

In

In tabulam cultus antiqui.

ODE SAPPHICA XX.

CONSITIS lato studiosè in agro

Vitibus magnam posuisse curam

Principem celi, referendi ad usque

Tempora fructus

Scimus, ac doctos variis ministros

Artibus, certas operas colendo

Commode addictos adiisse, magno

Non sine sumptu.

Hic apres arcet, geniu & nocentum

Vocibus ferroq; abigit ferarum:

Hic fodit; ramos virtio fluentes

Presecat alter.

Sarcit & sepes alius reuulsas,

Damna presentes subiisse; namque

Saucius duro cadit in labore

Sape colonus.

Cura sed maior fuit expiandi:

Nam sacerdotes variante sepe

Distinet cultus repetenda cunctis

Sacra diebus:

Horridi ne quid vitijs precatos

Occupet, natum aut penitus medullas

Palmitum carpat, vitiætue pestis

Extera vitem.

Cura que humanos renouata morbos

Arguens, ipsum vocat auferende

Componet labis, dominum & salutis

Artificemque.

Ergo vos nostro generi fauete, &

Aurea ò celi properate secla,

Vitrimis cunctis positura finem,

Seruitiisque.

EXPE-

EXPECTATAE EXPIATIONIS UMBRA.

Pontificem, quem prisca olim petiere supernum
Secula, nostra tenent, qui litet & placeat.



DEO CLEMENTI PLACABILI. S.

In

In tabulam Davidis ad pœnitentiam reuocati.

ODE DICOLOS DISTROPHOS XXI.

HVMANI ingenij licet.

Solers vaftricies, callidus ac dolns,

Celer compositum nefas,

Aut blande impositis nominibus leuet,

Indulgens sceleri suo

Asperso nitidis mille coloribus;

At que cor hominum tamen,

Et renes penetrat, cunctaq; prouidens

Pertingit sapientia,

Et sermo ignifero fulmine acutior,

Fallax terrigenas genus

Arctus compedibus preligat, ut neque
Elabi valeant prius,

Nec celare notam, nec fugere improbi.

Nam dum mens nimium sibi

Ignoscit, vitiumq; alterius leue

Intentis oculis videt,

Exemplo similis iudicij, malis
Succumbens proprius cadit,

Et damnata sibi ira subit prior.

Felix qui metuit vigil,

Iras ne horribiles Numinis excitet;

Et uitam peraque piis

Intentam studius, & fidei & preci;

Certo proximus huic gradu,

Qui contracta mali criminis expiat

Probra; & qui monitus bonis

Vatum consiliis, cedere mollior,

Mentemque & studium mali

Permutans, facilem sollicitat Deum;

Offensamque gemens grauem,

Exclusus, patria suscipitur domo.

P O E-

POENITENTIAE UTILITAS.

Ture perit, qui cunctatur damnare priora
Crimina, & ad veniam sollicitare Deum.



DEO MISERICORDI S.

In

In tabulam Samuelis.

ODE TRICOL. TETRASTROPH. XXII.

RECTVM & merentem plurima nonimus
Laudis probata premia iudicem,
Deuota quem produxit Anna
Et sterili recreauit alio.
Illum exigentem iam spatia ultima,
Summi & solutum munere consulit,
Excelsa contentum paterno
Rama lare ac tenuem recepit.
Pleno laboris perpetui seni,
Exercitatos dum recolit dies
Nil radios turbula vulgi
Excipit arbitrio finge.
Non deserende (si saperet magis)
Sortis prioris, res populi hunc bonum
Postrema dimisit ministrum,
Et meminit, gemuitque semper.
Chius sacrae quid valeant preces,
Sensit marinus cum populis Dagon,
Quos terror ethre fulminantis
Dissoluit, domitosque fregit.
Responsa quondam hic a pueri bonus
Firmare certo numinis indice,
Exempla duratura veris
Historie posuit libellis.

51 M-

SIMPLICITAS MUNDO FASTIDIA.

Nil concire sibi nudo, summisq; peractis
Munerib; magna haec premia, magnus honor.



REIPV P. MINISTRO INTEGR. POS
D In

In tabulam Nathan Prophetæ.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XXIII.

ÆTAS beato tempore ducitur,
Letosq; firmat candida pax dies:
Cum dicit, attentusq; clavum
Versat amans Moderator equi:
Humana raro nequities tamen
(Cum pressit alte frena potentia)
Ne temmat, excedatq; metas
Propositam, sibi temperauit.
Miranda in flo munere regibus
Exempla Pastor fecerat inclitus;
Nil laudis immensa nitorem
Pestifer inficeret cupido.
Susceptra fædi pondera criminis,
InFLICTa cæco & peccatore vulnera
Obliviosus, nec dolere
Prebet Amor, neque cogitare:
Donec veternum peccatore ab intimo
Soporis alti excusfit amabili
Sermone Nathan, cui videre
Facta Deus dabat & futura.
Quis nunc decori consilijs potens?
Hunc cecat amens gratia principem,
Illum sed imprudente dicto
Asperitus alienat audax.
Felix, carentem stultitia mala,
Rex, cui ministrum contigit assequi,
Et fraude semotum dolosa,
Numinis & studio calentem.
Nathan suorum secula temporum
Scripsit fidelis certa volumine,
Quacunque vel gessere reges,
Vel populi subiere diuersi.

CON-

CONSILIOR. INTEGRITAS.

Simplicitas, veri studium, obsequiumq; fidesq;
Grata Deo, & cunctis commoda temporibus.



HONESTI DOCTORI GRAVISS. P.

D 2 In

In Davidis effigiem.

CARMEN TRICOLON TETRASTRO-
PHON XXIIII.

DOCTVM innocentie pectore perpeti
Casus, labores, exilium, minas,
Iras, furores ac superba
Monstra, virum canimus domantem:
Decepta cui non fædera centies
Regis minacis & nimium feri,
Ostensa nec vulgi repulsa
Spemqz, animiqz, fidem repellunt.
Responfa magni & consilium Patris
Dum mente certius concipit integra,
Audax vel obiectos per ignes
Ire valet, superatqz, victor.
Calo minantis, gentibus & feri,
Horrenda vasti tempora Golie,
Assertor atque ultor suorum,
Stravit humi caput & recidit.
Vincenda semper prælia, & hostibus
Ante inquietis impositum iugum,
Sperare iam primis in annis
Ursa cadens dabat & leena.
Incisa quondam marmore duplice
Præcepta verbis ac digitis Dei
Curauit, & morem sacrorum
Constituit, celebresqz, ritus.
Idem efficacis munere barbyti
Victura dixit carmina, quæ Draco
Antiquus audire obstupecat,
Quaqz probet Deus & secundet.

DIVI-

DIVINÆ VERITATIS ARGUMENTVM.

Otia honesta Deo, cuncta atqz, negotia summo
Quæ dicat, hæc multis vita beata modis.



REGI FORTISS. INTEGERR. PIENTISS.
VATI DULCISS. POS.

In tabulam Salomonis.

ODE. DICOLOS DISTROPHOS XXV.

Quo^t voto^t prisca tulit, quo^t quo sperare futura
Re^ttores conesserit etas,
Dumissi^q, opibusq, auimi, sensu^q, profundo,
Tu Salomon praecesseris unius.
Seu populi dare iura iuici, seu ponere docta
Virtutis praecepta petende;
Seu cuplau animo immensum penetrare per orbem,
Ingenio & numerare diserio
Natura variata modis spectacula miris,
Quaecumque aut radiantia celum
Astra mouet, vel que duplici spatiantur in unde
Plurima monstra, vel omniparens que
Multiplici profert utero, atque alit ubere Tellus,
Cuncta tibi cestere petenti.
Obstupuit, peregrina tua confexit ut artes
Gens acris non indiga sensus.
Vida tuis siluere etiam miracula templis
Quae quondam celebrata sonabante.
Qua^t patet oceanus, gentes tua carmina discunt,
Et recinunt iuuenei^q, senesq,
Æterni^q, Dei nomen laudesq, perennes,
Speranda & monumenta salutis,
Cetera & arcanis que te meditante figuris
Excelsa Sion audut arce.
O Rex, o felix, nullumq, habiture priorem,
Una tibi & probasti foret uxor.
Ultima nempe fuit vox te dignissima, vanum
Esse, Dei timor unde recessit.

H V M A-

HUMANÆ SORTIS MENSURA GEMINA.

Mortales homines & re & sermone iuuare,
Perpetuum magni est principis officium.



PRINCIPI SAPIENTISS. PACE REIP.
CONSTITUTA POS.

In tabulam Isaiae Prophetæ.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS XXVI.

REGVM progenies Isacidum, breui
Te magnum experiar dicere carmine,
An landes tacitus dissimulet pudor
Tantis pro meritis leues?

Quem iam premonitum grandia dicere
Purgavit rutilis spiritus ignibus,
Laturum populo & principibus Dei
Dicit, & terribiles minas.

Prudens præteriti temporis, ac tui
Venturiq; modos, & seriem canis,
Spectator veluti videris omnia
Depicta in superum domo.

Quis vatuum propior cernere ab ultima,
Onicquid magnus habet mundus, origine,
Mores, historias, imperia urbium,
Cuncta & secula gentium?

Humano generi munera celitus
Demittenda animis, tu bene nuntias:
Et mæstis relewas corda laboribus,
Et mentes recreas graueis.

Que vis eloquij, que ingenij queat
Exequare medos, & decus ac tui
Dicendo rapidum fluminis imperium,
Sensu & multiplices notas?

Vita certa tuo tempora nuntio
Rex prolata videt, dñeñaq; longius,
Cum Sol pellscitis additur arbiter
Decursum relegens diem.

Defundit celesti munera exitu,
Contempnorj, trucu supplicij innocens,
Palmam pro meritis iudicio Dei,
Magni diceris ac bonu-

PIETATIS INDEFESSVM STUDIVM.

Qui Christum non odit, amet responfa legat q;
Amosida: is fiet nam pius & sapiens.



DIVINAR. RER. INDICI ADMIRABIL^P.

In

In tabulam Ieremias Scriptoris.

ODE SAPPHICA XXVII.

SPIRITVS firuens inuenit, potensq;
Robore immota superare mentis
Fortium, priscus memorata ab annis,

Corda virorum:

Cui nec igna pueri inuente,
Nec sibi tantum decus arroganti,
Creditur manus prius ad pavatum

Matris ab alio:

Tu doces quantum valeat superni
Efficax verbum imperij, fideles
Cum subit mentes, penetratq; in altare
Pectoris arcem.

Nam nec innates odus tyranni,
Nec furor vulgi miseric iniquis,
Nec tibi ignote expedienda gentes
Acta retardant;

Quin per insanos horruum nocentium
Impetus, vixit, penitusq; compas
Destruas, vellas, mones, reponas,
Adficeq;.

Crescit in duro tibi vis labore;
Carceris diri tenebras lacuq;
Et famem fortis superas, minasq;
Mortis amare.

Sic & obieclas penetrare montes
Non sit, ac ruper, & adacta in altos
Turrium ascensu monumenta, clari
Fulminis ardor.

Integrum ac fortis celebremq; dictis,
Quem sua inuisum male presserat gens,
Sernat, & cultu meliore Princeps
Suscepit hastis.

HON-

HONESTAS INDOlis DECVRSVS INTEGR.

Quid nō ferre potest, quid nō superare, supernis
Qui se permisit nutibus ac monitis?



LEGATO STRENO FORTI POS.

In

In tabulam Danielis Prophetæ & historicæ.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS XXVIII.

EXTREMA prisci secula temporis
Videre vatem regibus omnium
Narrare prescriptam dierum
Historiam, seriemq; longam:
Quæ nec vigorum conscientia siderum
Chaldea, iactus dicere gentibus
Voluenda venturos per amos,
Explicuit, tetigitne prudens.
Huic prouidentis consilijs Pater
Donauit orbis ponere mobilis
Decreta, mortalesq; rerum
Atque hominum imperiūq; metu.
Non ille, quamvis inferior modis,
Prisciq; Vatum luminis usibus,
Rerum vel impar mole scriptor,
Vel minor eloquio fideq;
Seu iussa vates somnia detegat,
Seu visa rerum signaq; precinat,
Abstrusa seu docto notarum
Perlegat euoliūatq; sensa.
Hunc flamma, canentes aptior urere,
Seua & Leonum percutuit fames:
Concessit huic peior nocendo
Inuidia imperiumq; precepit.
Miranda sacro scripta volumine
Auctor relinquit, postera que legat
Ætas & attendens laboret,
Ac memori probet ore Christu.

IN

IN TEMPESTATE SVB SIDIVM.

Qui nouit metuitq; Deum, discrimina nulla
Ille timet, nil non scitq; probatq; boni.



VATI FORTISS. TEMPERANTISS. POS.

In

In tabulam Esdræ scribæ.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS XXIX.

PERSARVM populo & regibus inclytis
Dilectum Arsacides ingenium , tuoq;
Optatum generi lumen , amabile
Caeloq; & superis caput:
Esdra o progenies pontificum sacra,
Expectatum autem qui Phineas vetus
Exemplum reuocas , moribus integris
Prestas & sapientia.
Redduntur Solymis te duce principes,
Longo quos Babylon carcere prefferat:
Uasa & sacrilegum que rapuit manus,
In sanctam referunt domum.
Quamvis difficilis non solitos viae,
Igeniosq; metu , atque hostibus improbis
Inuisos memori consilio viros
Ac dictis reficis bonis.
Dum deuota Deo te duce mœnia
Sionis subeunt , quâ populus frequens
Festino sociat plurima carmine
Templis dona recentibus:
Ilic & vituli sanguine feruidi
Arae & Libani tingis odoribus:
Et vota incolumis persoluenis tua
Genti concilius Deum.
Infamata malis secula nuptiis,
Admissumq; nefas moribus expias,
Antiquaq; iubes discere , & asseris
Leges , & patrum decus.

PRO-

PROVIDENTIA INSTAVRATR.

Esdra sancte vie doctror , populiq; magister ,
Tu monstras rectum quid valet officium.



SCRIBÆ SAPIENTISS. PAT. PATRIÆ.

In

In effigiem D. Matthæi.

ODE DICOLOS DISTROPHOS XXX.

Quicquid modo inexpletos loculos, fiscumq; capacem
Assiduusq; tenaxq; premebat;
Quiq; abaco intentus, tabulisq; vacabat auaritiae
Nummorum captator anhelus;
Quem cupidum variis aliena pecunia curis,
Insidiatoremq; timebat;
Quem tenuere via, mercatus, flumina, portus,
Multiplicis quoque fænoris ardor.
Hic subito magni mutatus voce magistri,
Discipulum comitemq; vocantis,
Dinitiarum & compositi neglector acerui,
Iam libros forulosq; relinquit.
Gaudet sorte noua Leui, nuperq; perosam
Pauperiem præfertq; colitq;.
Nec socios, famulos, infestaq; vincla propinquos,
Rumores vulgiue loquacis;
Nec quæcumque bonis obstant contraria votis,
Cogitat incipiensq; volutat.
Nudus, inops, meliora petit compendia rerum,
Diuitias meditans potiores:
Quas nec tempus edax, nec frans, nec perdere possint
Inuidie commenta maligne.
Edoētneq; nouas rationum scribere formas,
Duratura volumina complet:
Atque notas, numeros, damnoſaq; nomina delens,
Gesta Dei patresq; reponit:
Exemplo scriptisq; probans quam splendida Iesu
Gratia fit virtusq; docentis.

DIVI-

DIVINA VOCATIO.

Noctes atque dies dictata legenda, nec ullo
Tempore non nobis commoda scripta vides.



EVANGELII TESTI FIDELI P.
E , In

In effigiem Marci Euangelistæ.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS
XXXI.

ET TE, Marce pater, carminis ac lyrae
Laudes perpetuis temporibus decent,
Quas Nilo resonent mœnia proxima,
Illustris Macedum labor:
Et quas multimagis littoribus marc
Exultans referat, qua lanat, aut secat
Quicquid tergeminis Lamcides soli
Natis disposuit pater.
Nam nec te affiduis culta laboribus
Terret discipulum religio recens,
Nec lassat comitem casibus aut viae
Aut ponti senior Cephas.
Tu Christi gregibus credita munia
Pascendis, studio perficis arduo:
Ægyptumq; colis, iactnq; semina,
Que scutis Petrus, irrigas.
Quin & tu exiguo magna volumine
Arcani referas munera nuntij,
Atque unius propriis temporibus breuem
Aptas principio notam:

SAPIEN-

SAPIENTIA COMPENDIVM.

Parue liber, quid tu doceas, non percipit ownis
Mundus: at id mites percipiunt animi.



CHRISTIANÆ VIRTUTIS OBSERVATORI P.
E 2 In

In effigiem D. Lucx.

ODE SAPPHICA XXXII.

Quia salutari recreabat arte
Membra languenti vitiata morbo,
Nunc recurrande meliora menti
Munia tractat.
Namque ubi magni monitis magistri
Doctus, humane didicit ruine
Tempora, & causam, & reparantis auum
Vimq; modosq;;
Nouit & certo proprius periclo
Quid mali Christus relevare morbi
Posset: exultans animum supernas
Vertit ad artes.
Ille inaccesso repetens ab ortu
Gesta mirandi genus atque Christi
Scribit, & quantum renouarit alius
Spiritus orbem.
Additus Paulo socius ministro,
Et comes fidius pelagi ac viarum
Subleuat grato officio labores,
Testis & index.

L V X

L V X EXPEDITA.

Vsus erit magna mentis lingueq; diserta
Optimus, in sacros incubuisse libros.



VERITATIS EXPOSITORI DISERTO P.
E 3 In

In effigiem D. Joannis Evangelistæ.

O DE DICOLOS DISTROPHOS XXXIII.

QVIS te mente noua potens
In celum innenem spiritus arripit,
Plenus numine tuncido?
Vt mundo referas progeniem Dei,
Celeram patribus prius,
Obscurum adeo nomine cognitam.
Namque & te puerum novis
Ante ingens noncum hand propè
Tantæ muneribus parem.
Non humana tibi discipulo dedit
Ars vel scire, vel eloqui,
Quæ nullis emere aut dimitiis queas,
Aut longo studio sequi:
Quamquam Socratis admodum libros,
Et quæ porticus inclita
Arguta repetit dicta volumine.
At te non hominum rest,
Sed magni nonutum consilii patris,
Pervirisse poli vias,
Arcana & docili credita pectori,
Quævis orbis stupeat paucis,
Incepisse novis dicere vocibus:
Dum te testibus è tribus
Dilectum penitus precipuum parat.
Qui ventis tuncido & mari
Vina voce potens imperat, efficax
Morbos pellere, & inferis
Excepisse hominum de tenebris genus.
Ille & te sibi consciem
Quam magna efficere, & que valeat pati,
Iunctum sanguinis deligit.
Temetimoriens substituit sue,
Charo ut nomine particeps,
Commissi fœdus officij vicens.

ABSTRAVA SAVIENTIA.

Quod legis, hand parvum est, superat terramq; paluq;.
Si petis hoc, dabitur nosse, sed exuste.



ARCANOR. INDICI PENITISS. P.

E 4

In

In tabulam nuntiationis Zacharij facta.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS
XXXI III.

DICTVM ex secundis alloquinis Dei
Tempus nouandi faderis adfere,
Anni recurrentes tulerunt
Secla viris adamata iustis.
Etatis almae principium bonum
Legatus alto detulit ethere
Demissus, affususq; terris
Sese hominum facilemq; prabent.
Aris sacerdos thura calentibus
De more pura dum prece consecrat,
Mortale nil pre se ferentem
Vulta habituq; virum tuerit.
Hic abnuenti credere iam seni
Prolem paratam nuntiat, & nouum
Uxoris annos e timorem,
Quem populi videant stupentes.
Ignara luxui, criminis & mali,
Infantis almi peccora crescere
Predicit, & primis ab ammis
Modumq; rebus additura gentium.
Hinc epula semper dulces, & gaudia certa
Piis feruntur expetenda premia.
Illi inc aeternis subeunda incendia flammis,
Nonusq; semper additus malis dolor.
Hic lata superum voces, laudesq; perennem,
Choro beata concinente carmina.
At illic turpes gemitus, lucliusq; frequenteis
Sonat furente mixta turba Damone.
Hi fines rerumq; vices, aut premia diue
Manent salutis, aut perennis exiti,
Vel quos fas, pietasq; iuuat, vel perfidus error
Vtrosque rege iudicante calitum.
Vtram igitur placeat, nostrum est, contendere metam,
Capax petatur, arcta seu magis via.

H V M A-

HUMANAR. RER. NECESSARIUS EXITVS.

Qui timet hoc solium, felix: felicior illo est
Qui Christum regem non metuit, sed amat.



CHRISTO REGI BENIGNISS. VITORIQ. IUSTISS.

K 2 IUDI-

IUDICIVM D. DOCTORIS
Hunnæi Canonici Louaniensis Regij Pro-
fessoris Theologi ex Collegio censorum Lo-
uanienstium.

HVN C septuaginta vnius Odarum li-
brum ab eruditissimo viro Bened.
Aria Montano Doctore Theologo
& poëta laureato decantatarū, vnā
cuin tota Monumentorum cōstru-
ctione diligenter perlectum & ex-
aminatum , testor nihil habere quod
catholicum lectorcm meritò offendat,
sed plurima quæ conducere Le-
ctori pio, eumq; oblectare poterunt.
Louanij CIO. IO. LXXI. XVI.
Kalend. Apriles.

Augustinus Hunnæus
Professor S.Th. Regius.

IUDICIVM SILVESTRI PAR-
di Theologiae Licētiati, Canonici Antwerp-
iensis ex Collegio Censorum Regia au-
toritate & Episcopali electione Antwerpiae
instituto:

Vnacum Episcopi Collegij ipsius prae-
sidis confirmatione.

HAEC humanæ salutis Monumenta
docta sunt & pia , omnibusq; , vt in
vera religione exerceantur , perne-
cessaria . quare utilem imprimi pos-
se iudico. Datum Antwerpiae Kal-
lendis Martiis. An. M. D. LXX.
Italo Brab.

Ita testor Silvester Pardo S.
Theologiae Licētiatus, Ca-
thedralis Ecclesie Ant-
werpensis Canonicus.

IDE M iudico & ego subscriptus,
Franciscus Sonnius Epi-
scopus Antwerpensis.
K ; BENED.

BENED. ARIÆ MONTANI
CARMEN VOTIVVM AD
CHRISTVM IESVM.

Si tu Christe mei munera carminis,
Nostris & vota probas pectoris abdita,
Laudes (namque potes) da pateant tuae
Orbem quæ veteri consocias nouum:
Non ut fama meum nomen in ultimas
Oras Oceani deferat, aut decus,
Viresq; ingenij commemoret mei.
Nostrum quidquid id est, est leue, nec valet
Perdurare dies, vel mare, vel vias,
Quin victum penitus sorte cadat sua.
Sed, quod nostra sonant carmina, maximum
Nomen, quod superat secula; quod mare,
Quod terræ, barathrum, sidera quod colunt;
Quod præsente domat fortia robore;
Quod deuotare replet pectora numine;
Quod lassos recreat, quodq; fonet pios:
Hoc nomen numero non numerabili
Virtutum solidi ac muneris efficax;
In quo certa salus vitaq; publica est
Orbi nunc nimiris ponderibus mali
Depresso & vitij criminibus grauis;
Hoc nostris celebre & carminibus sacrum,
Per nostros populos ferre per exteros,
Diffuso & pelago quæ patet ambitus,
Decantare nouis vocibus expeto.

Nam

Nam si magna semel munera nominis
Sint gustata tui, carmina concidant,
Et chartæ sileant, famaq; & ingeni
Vis nostri pereat: nominis at tui
Virtus visceribus, cordibus & piis,
Hæreditq; animis, quod neque temporum
Robur, nec minuant seua tyrannidis
Tormenta, aut validis turma phalangibus
Quam multas tetricis conuomit ostiis
Sedes Tartarei turbida Principis.

CHRISTOPHORVS PLAN-
TINVS LECTORI S.



IUVAC ea, que à nobis nuper excusa
sunt, Humane salutis Monumenta, à Be-
nedicto Arius Montano excelsi ingenij viro,
non minus elegantí quam docto Poëmate
cōscripta ad multorū doctissimorum & am-
plissimorū hominum manus peruenient,
non potuerunt illi summā hominis doctrinā, verum diuinarum
cognitionē clarissimā, & gravissimū illud argumentum admiri-
rabili carniū suavitate, & dignitate tractatiū summoperē nō
admirari. Eoru enī omnū, que vel ab ipso Adamo ad Christi
D. N. postremū usq; iudicium, in sacru libri ad nostrā salutem
necessaria habentur, seriē & summā, tanta certitudine & fa-
cilitate cōpleteūt, ut à nenuine vnuquā tanto splendore ac do-
ctrina, atq; à prestanissimo hoc viro tractatam esse mihi suis
verbū sini testati. Pleriq; tamen ex iū nō potuerunt suū animi
dolore ita continere, quin cum quoq; mihi patefacerent. Vide-
bant quippe homines sapientissimi, fore, vt sancti illius argumēti
tractatio, eaq; non solum vtilū & iucunda, verū etiā omni
literatorū generi plene necessaria, propter terū que in ea con-
tinentur, celsitudinē, non a quoq; ita facilē intelligeretur: Do-
ctū enī (iebant) piū, & valde attentū, beneq; in sacru libri
et pietate exercitatiū lectorē ea desiderat. Quod cū animad-
uerterē, nec possem, pro eo quo me esse sentio erga rē literariam
propenso animo, studioſorū, atq; eīam clarissimorū hominū,
quos dixi, honestissimo desiderio nō satuſacere; spera preiū me
ſicutur existimavi, si vnius & septuaginta illarū oderū, quibus
humane salutis mysteria elegatissime descripta sunt, argumē-
ta, & sensum, brevibus aliquot annotationib⁹ indicare, & ali-
quo modo explicare. Hac vero prouinciā non ideo fuisse, quod à
meo ingenio fretus aliquid a me precesterū preſtari putem; sed
quia nō dubito quin pleriq; in locis, qui multorū sentētia dif-
ficultate carere non videntur, mentem ac sensum auctorū, quo-

quidē, pro ea qua præditus est morū facilitate, familiariter v-
tor, non sim aſſecutus. Hisce igitur laboribus, lector, fruere: &
ſi quid, quo tua ſtudia promoueri poſſe existimes, hic à nobis
præſtitū eſſe cognoueris, Deo ſapientiſſimo, ad cuius gloriā om-
nia ſunt referenda, totam laudem & honorem tribue. Vale
Antuerpiæ, Calend. Auguſti. c. I. o. lxxi.

D U P L E X in hoc libro continentur monumentorū genus:
V N V M eſt planè Architectonicū, conſans picturis & ima-
ginib[us] locoru[rum], personarum ac rerū geſtarum: hoc Architec-
tū orationib[us] illuſtratur; qua[r]ū triplex in vniuersum ratio eſt;
aut enim ſummi totius de p[re]cepta rei argumentū deſcribitur, &
ea doctrine pars, quā didascalicā vocant, r[ati]on[al]i[ty] ſurpat[ur]; cuius ge-
neris orationes inſcriptiones dicuntur: quibus vel virtus vel ri-
tiū illius imaginis contemplatione annotatur: aut perſone vel rei
geſte auctoritas indicatur, e.g., per dedicationes expōni ſolet.
aut viſus aliquis capieđius ex iſp[er]ſiōn[is] operis inspectione ſpectatori
proponitur, idq[ue], plerunque diſticho aut monosticho, vel aliās
breui epigrammate expeditur. Totum autē hoc dicendi genus
breue, graue, ſignificantiſſimum atq[ue], antiquitatis plenū eſſe
debet, neq[ue] cū poëtico, aut oratorio, aut comico, aut historicō
ſtylo conuenire: ſed ſuīs numeris & definitionib[us], hoc eſt,
Architectonicis conſtare, aliaſ ſcienſum, & frigidum, languēſq[ue]
futurum id quod nemo plenē aſſequi imitariue feliciter poſteſt
qui Architecture artū peritū non ſit.

A L T E R V M vero genus eſt Poëticū, quod non imagini-
bu[rum], vt illud alterū, ſed verbis rē omnem depingit, atq[ue], ea etiā
ſpectanda legentiū ſenſib[us] proponit & deſcribit, quā nullo pi-
ctura artificio effingi poſſunt, vt ſunt voceſ, orationes, animorū
corporūq[ue] motuſ omnes, & cogitationum ſtudiorumq[ue] forma[rum].
Vtrunque hoc in libro ita ad amuſum expreſſum eſt genus, vt
obſeruata pietatu[rum] & religionis ſanctimonia ac dignitate, nihil
deſiderari poſſit, quod vel ad Architectonicam grauitatem, vel
ad poëticam elegantiam, & ſententiārum ponderem, ſim pleni-
tudinem faciat. Hac antequam explicationem aggredimur,
admonitione cauſa indicanda duximus.

T A B V L A III. ARGUMENTVM.

Vera ſapiencia rudimenta.] Christū Dei ſapienciam Paulus
appellat, 1. Cor. 1. 24. Idē etiam Gal. 3. 24. legem antiquā,
cuius minister Moses fuit, pedagogū hominibus ad Chri-
ſtum fuſſe dicit.

Inſcriptio.
Fidei miſiſtro.] Moſis elogium Dei reſpoſto pronuntia-
tum, Numer. 12. 7.

Ode 11.
Moſis laudes canit, quē ab ipſo uſque ortu Dei cōſilio
delectum, variis per omnem ætate amplitudinis teſtimoniis
ornatum, tandem libertatis ducem declaratū, & legiſ-
latorem ſumma auctoritate conſtitutum fuſſe ait.

Nobilis hoſper.] Iethro Madiā ſacerdos, &c, vt Chaldeus pa-
raphraſtes interpretatur, apud ſuos magistratū ſummu[m]
gerens.

Præpetens herbit.] Aegyptiorum ſapienciā & detestabilem
magiam diuina virtute per Moſem ſuperatā indicat, ul-
tro confeſſus Aegyptiis iſp[er]ſis, & quam uis in uitis, tamen ob-
poenarum ſenſum cedentibus, Exod. 8.

Nominis pura.] Lex ſancta eſt, Deoq[ue] grata; hominib[us] ve-
rō, dū peccati impotentiā imperat, propter maledictionē
& damnationē horribilis eſt, Rom. 7. & pluribus in locis.

Obſipen. claru[m] horore.] Gloriā & auctoritatē ex Dei col-
loquio Moſi additam indicat, Exod 34. 21. 2. Cor. 3. 7.

Tabula 111. Argumentum.
Ambitio enomofa.] Prima cogitatio, qua parentes olim ad
crimē admittendū induciti ſunt, gloriæ cupiditas erat, vnde
inobedientia nata, ex qua ſcelus ſuceptum, hinc mors
cū miseriis omnibus conſecta, dehortatur igitur ab am-
bitione tabella argumentum.

Inſcrip.
Fraudu[m] expoliamci.] Non virtute, ſed fraude illa hominū
ruina parata eſt, ab antiquo ſerpente mendaci patre, qui
ab initio mendacem fuſſe Christus docet, Ioan. 8. 24.

Ode 111.
Grauissimorū dolorū, crumnatum, mortis, malorumq[ue]
omniū origine primā ſeminę adſcribit, quā à ſerpente ſe-
ducta

4 ANNOTATIONES IN ODAS

ducta, virum suū ad cōmune crīmē pellexit. Causam verō fidei defectionē fuisse ait, quod vterq. magis serpentis fallaciæ, quā diuinæ cautioni & prædictioni crediderit. ostendit præterea voluptatis nimiū studium stimulos etiā addidisse illis, ad sucipiendum crīmē, sicut scriptū est: Vedit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendū, & pulchrum oculis, aspectuq. delectabile, 1. Tim. 2.14.

Tab. 1111. Argum.

Consilium absconditum.] Ut ex morte vita oriaretur, atq. ex veteri in nouū Adam homines transformarentur, consilium fuit celatū à generationibus, & seculis, & noui Testamenti tempore reuelatum sanctis, Coloss. 1.26.

Inscriptio.

Misericordie vindici.] Namq. recōciliationis humanæ consiliū ex misericordia Dei profectū est, Tit. 3.4.1. Ioā. 4.10.

Ode 1111.

Indicat consiliū Luciferi in negotio prīmi hominis à se perdi fuisse, nō tanū humanū genus in suam tyrannidē redigere, sed etiam cū Deo de sapientia velle contēdere. Hoc autē magnum mysteriū est, quod ipse auctor alijs plenius & apertius exponet. Huic verō Luciferi consilio diuinū oraculū opponitur, quo calliditatis illius cōmentā omnia superāda esse prēcīnūtur, cū summa ipsius doli auctoris perturbatione, & stulticię redargutio ac pernicie.

Tab. V. Argum.

Fædū instauratum.] Nā quæ de misericordia erga homines Deus proposuerat, antiquus serpens turbari & irrita reddi curauerat, auctis in vniuersum hominū flagitiis, & mundo ad vastitatem ex diuini iudicij lententia addicto: sed ut propositum Dei maneret, fædus cum Noē rursus est renouatum, ut exponitur, Gen. 9.9.

Inscriptio.

Misericordie memori.] Dicatur Tabula Deo, qui cū iratus fuerit, misericordia recordatur, Habac. 3.4.

Ode v.

Poëtica elegantia describit orbis instaurationē, ex misericordia Dei irā remittētis, & de æterna ac téporali humani generis salute cogitantis: ostendit piorum sacrificia Deo gratissima esse. Demonstrat quantā orbi calamitatē homi-

BENED. ARIAE MONTANI.

hominum peccata afferant; quantam Dei misericordia rursus salutem.

Renovata certū consilium, &c.] Namq. tépora omnia diluuij vna tépestatis facies nimis informis hiems & nox tenebat, quā diuina prouidētia in quatuor anni cōmodissima tépora conuertit, sicut scriptū est: Cūctis diebus terræ, segmentis & messis, frigus & austerus, aetas & hiems, nox & dies nō requiecat. Gen. 8. 22. atq. hæc ætas iuxta rationē Noë diuinitus præscriptam, ad Abraham usq. ætatē pertinet.

Tabul. V 1. Argum.

Obedientia constans.] Verae obedientiæ exemplū Abraham proponitur, qui fide instruētus nihil omnino laborū detrectauit, in mandatis Dei quamvis difficillimis faceſſendis. De hoc argum. lege Iacobi Apostoli epist. c. 2.

Inscriptio.

Fidei dulcedo.] Quidquid ex fide suscipitur, rectum est, & fallere nō potest, pium suscipientis animum: adeſt enim Deus fidei virtuti ſibi gratissimæ, quā nunquā deserit, quā nūquam non ad optimum exitum perducit, modo fides ipsa viua sit, qualis in carmine deſcribitur. Huius inscriptionis ſententia latè diſputatur à Paulo Hebr. 10.

Ode v 1.

Quem tu diua fides vīm.] Fidē viuā non eſſe otiosam oſtentat, ſed obedientiæ rationibus & negotiis perpetuò deditā, neq. tātum opera vulgaria præstantē, ſed planè heroiča, vel diuina potius geſta ſuscipientē, atq. adeo in omni tum recte faciendi, tū dura & difficulta tolerandi materia, aut exercitatissimā, aut exerceri paratiſſimā. Eſt elegans ode, plena argumētis in ſacra ſcriptura obſeruatis; alludit ad multas historias diuinorum librorum. lege Hebr. 10.

Superioris virib⁹ emula.] Mira, ſed veriſſima amplificatio, quando videmus Iacob fide instruētū angeli colluctantis vim ſuſtinuisse, ac tandem ſuperasse, dicentis: Dimitte me, quia aſcēdit aurora, Genet. 32.26. Sunt & alia exempla longè etiam hoc illuſtriora.

Tabul. V 1 1. Argum.

Fida testimonian⁹ grauiſſi.] Credentis fidem viuam opera teſtantur, alioqui mortua arguitur fides, niſi per dilectionē operetur. Oſtende, inquit Iacobus, fidē tuam ſine operi-

a 3 bus,

ANNOTATIONES IN ODAS
bus, & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam, Jacob.
2.18. itaq. opera fidei testimoniu à Paulo vocatur, Hebr.
11.39. Atqui maximè erga fidem periculi facti exemplū
in Abrahā scriptura statuit, iusso filium sacrificare, & rem
tantam indubitanter facessente. Ideo grauissimum testi-
monium hic appellatur, Gen. 22.

Inscriptio.

Providentia & consiltri S.

Deus enim obtemperantibus sibi opportunissimè prouidet, quanquā maximis rerū difficultatibus illi, dum obediunt, implicentur. Ita persuaserat sibi Abrahā, cūm filio de victima roganti respondit, Dominus prouidebit sibi victimam, fili mi. Lege de hac re Psalmum 90. Qui habitat in adiutorio Altissimi.

Oda VII..

Plurimas difficultates cōmemorat, & grauissimas, quas Abrahæ fides tentata peruerit; illud vnu secum statuens, obediendū esse Deo per omnia, rerūq. exitus illi esse permittendos, qui optimos semper efficere solet. Lege de hac re Psal. 45. Deus noster refugiū. Cuius sententiam omnē poēta hoc loco refert. Hoc tēpore pactū salutis cū Abrahamo est confirmatū, cuius argumentū Jacob per quietem postea cognouit, vt in sequenti tabula indicatur.

Tabul. VIII I. Argum.

Humana diuinitas.] Videns Jacob mysteriū ecclesiæ, in qua habitaturus erat Deus trinus & vnu, Verè, inquit, terribilis est locus iste, & non est nisi domus Dei, & porta cæli. Cūm autē Deus in hominibus inhabitat, homines ipsos deificat. Videte, inquit Ioannes, quamē charitatē dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & sim⁹. 1. Ioā. 3. 1.

Inscriptio.

Deiphilanthropie.] Tantam dignitatē deificationis nostræ diuino erga homines amoris acceptā referendā esse indicat. In hoc est charitas, inquit Ioānes, non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniā ipse prior dilexit, 1. Ioān. 4. 10.

Argum. Ode VIII I.

Omnium promissorū, quæ olim patribus facta fuerāt, de serpētis capite conterendo, de benedictione familiarū terræ in semine Abrahæ, summā quandā iū speciali quodam

dam modo relati, in illa ostensa Iacobo imagine indicatā fuisse ait. Quandoquidē omnia illud continebant arcānū, Deū, diaboli, delecta tyrānde, in hominibus, vt in propria sibiq. sanctificata domo, regnaturū, magnāq. futurā esse spiritū cœlestiū, & hominum amiciū, & familiaritatem. Est hoc magnæ significationis mysterium, de quo poēta aliās plenius soluta oratione disseret. Adeò autē excellentis argumenti est, vt celū vsq. ad ipsum Dei thronum penetret, quamobrem eleganti figura in ipso amplificationis incremento Ode ipsa finem sibi præscripsit.

Tabul. I X. Argum.

Fides morti insuperabilis.] Adeò firmus & constans fuit Iacob in diuinis promissionibus integra fide excipiendis, vt nō modō ipsa maxima promissa, quæ ad vitā & salutē pertinebant, sed horū promissorum figuræ, nēpe tem̄ Chananaorū possidēdæ pollicitationes, quanquā moribūdus, iā tamen constanter tenuerit, & à longè, vt Paulus ait, salutauerit; filiisq. suis, vt certissimas nō modō expectandas tradiderit, sed ipse etiā regionū & munerū partitione facta, testamēto possidēdas reliquerit. Estenim fides sperandarū substantia rerū, argumentū nō apparentiū. Heb. 1. 1.

Inscriptio.

Dō sapienti doctri.] Futurū rerum certa cognitio Deo propria est, neq. quisquā, nisi à Deo doctus, quid cuiq. sit futurū, certis rationibus præscriptū prædicere potest. Id probatur in Jacob, qui iā fermē moriēs, singulis filiis suis ad lectum vocatis, certissimas sortes præcivit, à Deo, cni crediderat, edoctus. Sic enim ille præfatus est: Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israēl patrē vestrum: id est, eū cui virtutē & potentia Deus cōcessit, audite, Gen. 49. 2. Lege de hoc argumēto secundū cap. lib. Danielis.

Argument. Odi. I X.

Canit quemadmodū Jacob in diuinorū promissorum fide decedens, futuras posteritatis suæ res perinde cognoverit, cognitasq. filius suis prædicens enarrauerit, ac si ipso iā præsens illarū spectator esset, eiusq. fidei & expectatio- nis hæredes reliquerit filios suos, adeò sibi certæ & constantis, vt ob eā rē suū defuncti vita corpus in Chananaï regionē sepulturæ causa deferri māduerit: eo modo po-

S. ANNOTATIONES IN ODAS
steritatē suā p̄ræcessurus, atq. corpore & cōsib⁹ cōpositis
possessionē etiā temporalē illam conseruaturus, & spiri-
tualem animo cū patribus suis versante expectaturus.

Tabul. x. Argum.

Tyramis misericordia concedens.] Cogitabat Ægyptius tyran-
nus Israēlitas perdere, quos Deus ad misericordiæ ostend-
dæ exemplū comparabat, non potuit tyrannis infrin-
gere Dei propositū; immo ipsa vlt̄rō insciens, misericor-
diæ illius ministrā se p̄erbuit, infante Mose educādo, cu-
ius opera salus illa & libertas Israēlitis est allata, cū sum-
ma hostiū & tyrannorum pernicie, Hebr. cap. 10. & 11.

Inscriptio.

Prudentia viāniā.] Non potest humana prudētia, quan-
tumvis excogitatis consiliis, diuinæ prudentiæ institu-
ta impedire. Dixerant Ægyptij aduersus Israēlis populū:
Venite, & sapienter op̄timamus eum: sed stultam fecit
Deus mundi sapientiam, 1. Cor. 1. 20.

Argum. Od. x.

Ostendit nullis consiliis, nullis opibus, nulla deniq. fa-
cilitate humana posse diuino consilio obſisti; cui nō mo-
dō hominū tandem imbecillitas & inſcītia cedat, sed na-
turæ rerū hominibus insuperabiles vlt̄rō administrae ob-
secudent. Poēticè autē omnem rē describit, docēs Cha-
mēsis Sobolis, id est, Ægyptiorum voluntatem & conatū
fuisse, omnes infantes Israēlitarū aquis summersos per-
dere, atq. itagenus illud delere; tamen Deū effecisse, vt ipſi
vlt̄rō ex mediis aquis ignem eruerint, hoc est, Mosem, qui
ſeipſos ſuasq. res omnes tandem eſſet abſumpturū. atque
huic rei administros ſeſe p̄ebuiſſe Nilum fluuium, & Ni-
li piſces, aliās monſtroſos & ferōs, qui infantī, quominus
noceretur, proſpexiſſe videntur.

Tabul. x i. Argum.

Op̄io incomparabilis.] Optauit Moses magis affligi cū po-
pulo Dei, quām temporalis gaudiū habere iucunditatem:
ſententia eſt D. Pauli Apoſtoli, Hebr. c. 11. verſ. 25.

Dedicatio.

Sapientie illuminatiā.] Significabat aperīc̄ Deus Israēlitis
tempus ſalutis appropinquare, cūm viderent ſummum vi-
rū, & regi Ægyptio gratū Mosem, vindicē iniuriā, in ſuā
gentis

BENED. ARIÆ MONTANI. 9
gentis hominē illat̄, aduersus Ægyptiū ſeſe p̄ebere: ſed
illi hanc Dei ſignificationē noluerunt intelligere, vt S.
Stephanus protomartyr docer, Act. 7. verſ. 25.

Ode x i. Argum.

Diuinū erga hominum ſalutē consilium certum con-
ſtantq. eſſe, & ſapientiſſimē procedere oſtendit; ſed ſtul-
titia & culpa hominū ipſorū, de quorū ſalute agitur, ali-
quādo retardari aut impediti. Huius rei exemplū ſtatui-
tur in Mose, qui promiſſe Israēlitis ſalutis ministeriū iam
meditari inceperebat, cūm, reliqua illa ambitioſa aulici ſplē-
doris conditione, qua ille apud Ægyptios valebat, omnē
cogitati ſibi de fratrū ſalute negotijs euentū, animo con-
ſtantī p̄euifum, experiri ſtatuit; & tandem ingratē ab iis,
quibus bene cōſulebat, exceptus, in exiliū voluntariū, ad-
huc in eodem permanēs proposito, proſectus eſt; huma-
niusq. eſt ab alienis hospes quām à ſuis fuerat vindex fu-
ceptus. ſimul etiā oſtendit prudentiā Dei ibi p̄aſen-
tiſſimā eſſe, vbi p̄ij viri pietatis colēdē cauſa durius &
angustius agere hominibus putantur. In hac Ode illud te-
trastichon eſt diffiſilius intellectu. Illū vires & ſtudium effi-
cax, &c. ſententia eſt: Illum Israēlitam, qui ereptus fuerat
per Mosem ē manibus Ægyptij, dixiſſe alii Israēlitis
quo animo erga ſe vindicandū, quo robore eſſet is quem
illi non petinē atque oportuerat, exceperunt.

Tabul. x ii. Argum.

Divine virtutis ſpecimē.] Ignis ille quē Moses vidit, cuius vi-
rubus ardens nō vrebatur, diuinę virtutis ſpecimē quod-
dā & velut typū fuisse ait. Fouet enim diuina virtus pios,
modestos atq. ſe aduenientē excipientes, eisdemq. calore
efficientiā ſuā animat, ſanctosque reddit, & à vulgari &
prophana cōſuetudine remotos, vt illo igne totus locus
olim calefactus sanctus dictus eſt. Idē vero ignis ſuperbos
& contumaces, atq. ſceleratos vi ſua exutēs conſumit: al-
terā vim Israēlītæ ex Ægypto educti, alteram Ægyptij il-
lorum hostes expertiſſunt.

Dedicatio.

Misericordie memori.] Nunquam enim Deus propositæ
à ſe, & promiſſe misericordiæ obliuiscitur, ſed op-
portuno tempore ipſis rebus efficiendis ac p̄aſtandis re-
cordatur.

10 ANNOTATIONES IN ODAS

cordatur. Quamobrem frequens mentio in scripturis est misericordiae memoris, ut apud Habac. cap. 1. vers. 3. & quod Mater illa veritatis canebat: Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae.

Ode XII. Argum.

Inducto colloquio cū Mose velut Angeli alloquentis indicar, diuinæ misericordiae mysteria maxime quæ ad salutem hominū pertinet, maiora esse quam ut humana sapientia absq. Dei ipsius doctrina assecurari possit. Illa enim cum ex singulari & arceno Deicōsilio proficiuntur, Dei doctorē sui postulant, qui tamen facilis & benignus contingat us, qui fide, charitate, modestia, & ceteris opportunitatis virtutibus probatos se discipulos præbeant.

Tabl. XII. Argum.

Exemplum.] Quod qui audierunt, credentesque fecuti sunt obediēta ad nibita, ex antiqui hostis tyrānde liberari sunt. Hęc enim ex Aegypto libertas, illius spiritualis salutis figura fuit.

Dedictio.

Verbi gratia.] Diuini verbi virtus in credentium & obedientium salutem, & rursus in aduersiorum perniciem, satis aperte declarat liberatio ex Aegypto.

Ode XII. Argum.

Pulcherrimæ exhortationis figura ostendit Ode publica & communæ totius Israëlitici populi libertatem è miseria servitutis cōditione, nō solù autem libertatem, sed multarum diuinarum ab hostibus, verbo Dei victis & expoliatis, abductarum facultatem simul gratulatur illis noui ac iucundioris vitæ usum, adscribens omnia hęc beneficia diuinæ misericordiae.

Tabl. XII. Argum.

Arcana sc̄ihi et cōstitutio.] Illi iustis illa salus Israëlitis olim facta humanae salutis mysteria & symbola omnibus suis partibus continebat. Omnia enim, ut Apostolus ait, in figura contingebant illis, 1. Cor. 10. 6.

Dedictio.

Dei nūbi.] Fuit enim illud bellū Deo duce gestum aduersus Saranam, eiusque milites Aegyptios, per magnos illos ministros, virtutes Dei, mare, ventos, noctem, nubes,

BENED. ARIÆ MONTANI. 11
bes, luce & tenebras. Sicut Moses dixerat: Dominus Deus vester pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, Exod. 14. 14.

Ode XIII. Argum.

Eiusdē sententię cū dedicatione est hymn⁹ hic significat omnē naturā creatā ministram se præbere Deo, tū ad piōs iuuādos & seruādos, tū ad impia viciſcēdos & perdenādos. Tabl. x v. Argumentum.

Homo in infirmitate examus.] Lex per Mosen lata, sancta quidē illa, & spiritualis, que virtutis & pietatis cultum ostenderet & exigeret, sed quia non erat scripta in cordibus hominū, nisi in tabulis tantum, accusabat quidē conscientias, & exercebat eas ad pietatē, nō tamē perficiebat: imò magis ostendebat humanā infirmitatem ex naturæ antiquo lapsu natā: indicabat autē ex consequenti Christū expectandum, qui quod impossibile erat legi, in suorū animis efficeret. Est hoc grauiſsimū, & magni momēti argumentū: de quo plurima & admiranda disputatio in toto noui testamenti libris est. Legi cap. 8. Epist. ad Rom.

Dedictio.

Dei pietatis servitio.] Hęc omnia ipsa lex lata, & apparatus iuregois, caliginosis, fumi, tubis sonitus & vocis ecclælo auditæ, deinde motus populo factus declarauit. Legi Epist. ad Hebr. cap. 1. 2.

Ode XV. Argum.

Magnum beneficium à Deo in homines collatum canit, quod in tanto iū tenebrarū caligine, & naturalis legis obliuione sese Deus ad colloquium cum hominibus in eundū demittens, voluntatē suam legi lata declarauerit, & equi iusti, pietatisq. rationes sanctissimas exposuerit. Idq. magno apparatu & præsentia suā testante efficit. In fine autē Ode dicitur illa legē interim integrè colendā fuisse, quod ad Spiritus sanctus, Christo salutis pontifice, in corda hominū missus legi optimam observationem impetraret, facilemque redderet ieiunis illis ceremoniis, que in illa legi velut umbra future veritatis continebantur.

In Tab. XVI. Argum.

Confessio fratris.] Non he utan dū in Dei promissis, sed summa constanter expectandū esse covenit, docet haec tabula. Ex magna enim illa hominum multitudine, qui ex Aegypto

Ægypto deducti fuerant, illi tantum promissam terrā ingressi sunt, qui vel constantes initio fuerant, ut Iosue & Chaleb; aut qui postea incredulitatis expertes, totos quadraginta annos perdurauere. Quae de re primū & secundū cap. Deuter. plenē differit: & D. Paulus ad Hebr. c. 3.

Dedicatio.

Fideli Deo.] Impossibile enim est Deo mentiri, aut promissis deesse suis, nisi illi, quibus facta sunt, sibi ipsis defint, Hebr. 2. c. vers. 2.

Ode XVI. Argum.

Docet, non timidis, otiosis, pigris & incredulis, atq. laborū detractoribus diuinorū promissorū euentū vsumque contingere, sed iis qui fide & charitate innixi propulsū sibi studiū fortiter percurrunt, summa spe reportandi præmij cōcepta, ex diuinis sermonibus efficacissimis ad animos fideli addendos, quibus omnis difficultas frangatur & superetur. Significat præterea diuinorū beneficiorum, quę promissionibus continentur, tantam esse dignitatē, amplitudinē, & iucunditatē, ut eos, quibus contigerit, nullius anteacti laboris pœnitentia. Exornatur carmen illo miraculo Iordanis fluuij, qui aditum aperuit Israëlitis, terram promissam adeuntibus.

Tab. XVI I. Argument.

Pena mortalis gravissima.] Deus gētes illas, diutissimè expectatas ad pœnitentiā, tandem rebelles & contumaces gravissimè puniuit, dilato supplicio per quadringētos & amplius annos, donec vel eorū scelerā, quę per pœnitentiam non expiabantur, per contumaciā & aspiduratiō complerentur. Fuit p̄ma Iericho huius diuini iudicij tunc testis, quę omnis corruīt & artifit, omnisque cum suis rebus anathemate est damnata.

Dedicatio.

Deo ueni] Qui nō tardat promissa sua, sed patiēter agit, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuersti. Contumacibus autem & proteruis, suamque malitiā mordicus tenentibus, tandem iudicem vltoremq. se præbet. Lege Epistolam Iacobi Apostoli cap. 2. vers. 13.

Ode XVI I. Argum.

Confirmat, nihil valere humana consilia, aut præsidia, quam-

quamvis maxima & operosissima, aduersus Dei iudicis & vltoris sententiā & virtutē, quandoquidē sine ullo humano negotio aut labore, nisi tantum sola Dei voluntate, vel maxima hominū opera ad regnorū potentiatuendā comparata, subito evertātur & corruant, ut in Iericho vrbis munitissimæ muris spōte ante Dei populū corruentibus est manifestū: qui populus nullā aliam arē ad expugnandū adhibuit, nisi fidem cū obediētia præscripti sibi ambitus vrbis per septē dies, & sonitum tubarum & clamorū viatorū. Hebr. cap. 11. vers. 30.

Tabl. XVI I. Argum.

Persisterentie exitu.] Non enim qui incipit, hic saluus erit, sed qui perseverauerit vsq. in finem. Neq. palmam coronamque refert, nisi qui legitimē certarit. qui diuinis in promissis hæstarunt, à terræ possessione exclusi sunt: qui verò sese Deo permittētes totos crediderunt, & laborum temporumq. molestā, & impedientium hostiū difficultates pertulerunt; hi terræ Israëliticæ diuidendæ cōpotes fuerūt, Matth. 10. 22. 2. Tim. 2. 5.

Dedicatio.

Deo veraci potenti.] Quidquid Deus ex misericordia promittit, re ipsa suo tempore præstat, nullis omnino difficultibus impeditus. Quamobrē misericordia & veritas, frequissimè Deo adscribitur, Psal. 24. 10. Isaiae 55. vers. 10.

Ode XVI I. Argum.

Ostendit, hominū opes & diuitias, per iniuriā & auaritiā partas vna cū dominis suis perire, idq. tantū prædiffe, ut hostibus à Deo vindice missis maioris prædē materiā suppeditent, cuius rei exemplū in illa expugnatione gentium, tanta cū festinatione facta, ostenditur, quorum domus multis diuitiis referrunt, & agri cultissimi Israëlitis in vsum cesserunt, admirantibus diuinorū promissorum præstantiam & constantiam, & damnis intibus patrū suorū incredulitatem, qui tantis rebus & diuinis prouidētis beneficiis sua sese culpa priuauerant.

Tabl. XVI II. Argument.

Expeditate expiationis umbra.] Significat tabula sacerdotia antiqua, cū sacrificiis, quę inquinatos ad emundationem carnis (vt Diuus Paulus sit) sanctificabant, nō sua natura,

sed

sed expectati Christi sacrificij virtute, & significatione valuisse: quam virtutē, velut umbra corpus, vel lucem referebat totus ille sacrorū ritus, postea presenti iam lumine ipso Christi abolendus. Hoc argumentum per totam Epistolā ad Hebr̄eos multis et graib⁹ verbis disseritur.

Dedicatio.

Deo clementi placando. S. J. Magnum beneficium in illa sacrorum rituū veteri institutione hominibus à Deo exhibitū significat; qui quāvis illis antiquis sacrificiis nunquā placatus est propter ipsorū imbecillitatē ad destruēdum peccati corpus minimē idoneam: tamen præter externas quotidianorū errorum expiationes, spē etiam illa sui repetitione faciebant, fore aliquādo, vt Deus omnino placaretur, admota illa victima, cuius infinita virtute omnis ille antiquis cultus esset consummandus. Ideoq. antiqui nunquā cessabant offerre, per singulos dies, ex diuino instituto: quod apertè indicabat, Deū esse clementē, & tandem finē irae suæ, & illis veteribus laboribus positum. Alioqui, inquit Paulus, cessassent offerre, *Hebr. cap. 10. vers. 2.*

Ode xx. Argumentum.

Describit canens, quantū curae Deus adhibuerit Israēliticæ vineæ colendæ & promouēdæ, missis variis colonis, prophetis, iudicibus, regibus, & ducibus, quorum singuli suo munere diligēter functi sunt: multi etiā colēdæ vineæ causa extrema pericula subiere, ceteris autem laboribus cunctis diuturnior & assidua magis dicitur fuisse sacrificiorū cura, quibus populi peccata expiabantur, & humani animi infirmitas & miseria declarabatur, cū professio ne expectati Messiae, qui summus salutis Pontifex futurus erat. Quē vates entusiasmo raptus (ac si illo tempore antiquo carmē cōponere:) cupit quā maturimē venire.

Tab. xx 1. Argumentum.

Panitia militia. Propositum Dauidis exemplū, quantum vera & ex animi incenso studio suscepta pœnitentia impetrare apud Deum possit, aperiē ostendit.

Argum. Dedicacionis.

Dū beniginitati. Misericordia quoq. & beniginitatē divinā erga eos, qui cōcepta clementia spe ipsum recta pœnitentia

tientia placare student, Dauidis exemplo obseruare licet: cui illud etiam ad amplificationē accedit, quod Deus ipse sponte hominem lapsum suæ ruinæ monet, & ad salutem petendam aduocat.

Ode xx 1. Argument.

Docet humana malitia, simulatione, & calliditate homines fortasse alios falli posse; Deū vero nunquam falli, qui prudenti cōsilio vel tergiuersatum peccatorē sua ipsius rogata sententia redarguit, & cōuincit, vt in parabola Dauidi à Nathan proposita ostenditur. Deinde ait, optimum & felicissimum esse, à peccato abstinere omni cura & diligentia; sed si quis ex imbecillitate in peccatū labatur, proximum felicitatis gradum esse, per pœnitentiam placiato Deo restitui in gratiā: vt Diuus Iohannes docet, *I. Ioan. 2. 1.* vnde à Theologis Pœnitentia secunda tabula post naufragium recte appellatur.

*Antiquorum scriptorum tabula.**Argum. Tabul. xx 1 1.*

Simplicitas nūdo fastidita. Nihil est quod magis deceat pios homines, & populū Dei, quām integra in rebus agendis, atq. adeò in vita omni simplicitas, qualē Samuel in munere iudicis & prophetæ atq. consulis maximi obeundo seruauit. Sed hanc virtutem mundus superbia & fastus amator fastidit, & repellit, regesq. sibi & regium fastum optat; quæ tamen non sine magno sumptu & labore, atq. adeò seruitutis & tyrannidis periculo suscipit.

Argum. Dedicacionis.

Opiniō Rēpub. ministri. Fuit enim Samuel innocentissimi & integerissimi, atq. etiā diligentissimi præsidis exemplū.

Ode xx 1 1. Argument.

In genere demonstratio cōpositum cārmen ostendit Samuelē, & integerissimum & facilissimum populis iudicem fuisse, qui nullā omnino exceptionem, etiā à vulgo cui fastiditus est, tulerit. fuisse etiā ducem felicissimum, qui Palestinos hostes voto & precibus apud Deū fuisis vicerit. Deī mū cū sacrarum historiarū sui temporis scriptoriē agnoscit.

Argument. Tabul. xx 1 1. de Nathan.

Consiliorum integritas. Is profecto optimè cōsulere potest, qui nec metu, nec odio, nec gratia à veritatis & decori studio

Studio abducitur: huiusmodi cōsultus integerimus Nathan tempore Dauidis fuit; qui ob eam rem in dedicatio-
ne Honesti doctor grauissimus appellatur.

Ode xxiiii. Argument.

Beatam esse etatē canit, in qua publicarū rerum præ-
fecti pietatē, innocentiam, & integritatē studiosē colunt:
sed quoniā potentia ipsa humana homines aliquādo de-
mentatos ad licentiā traducit, ait regibus & præfectis op-
tandū curandumq. esse, ut sapientes amicos consultosq.
habeant, à quibus nec propter gratiam corrumpātur, nec
propter agrestē asperitatem, atq. importunam libertatē
exacerbētur. Cuiusmodi multi consulti esse solēt. Vtrius-
que vero rei rectē instituēdū exemplū in Dauide & Na-
than statuit; quorū alter optimus rex fuerat, sed tamē qui
ut homo grauiter corruīt; alter optimus & integerimus
consilij minister, qui diuinā veritatem liberē & prudenter
docuit. Fuit etiam Nathan suorum temporum scriptor.

Argum. Tab. xxiiii.

Divinae veritatis argumentum.] Contéplator Dauidē ex pue-
ro quondā pastore ouium, deinde propter inuidiā a Saule
rege primum exagitatū, atq. omni ferē populo inuisum,
postea à principib⁹ gentis suę à familiaribus, atq. adeo à
propriis filiis vexatū, & tamē omnia tolerantē spe & fide
verbi à Deo excepti, demū in regium thronū cū summa
tranquillitate & gloria deductū, in habitu regio carmini-
bus diuinisq. laudibus vacante: atq. hoc satis validum tibi
exemplum fuerit diuinæ virtutis, & efficientiæ erga eos,
qui verbis ac promissis Dei credentes iussis obediunt.

Argumentum dedicationis.

Regi fortissimo, integerimo, pietissimo, variacordi⁹. P.] Dauidis re-
gis historia, optimū exemplum fortitudinis in bellicis re-
bus, pietatis & integratatis in religione colenda, & repub.
administrāda proponit: & ab eodē conscripti Psalmi sum-
mam sapientiæ, eloquentiæ, & decoris referunt laudem.

Ode xxiiii. Argument.

Laudes Dauidis decantat Ode, quē patientissimum in-
iuriarū, & magni tolerādis rebus artuersis animi fuisse di-
cit, vltionis minimē cupidū, ad ignoscendum prop̄sum:
constantissimæ erga diuinis verbum fidei, in bello fortis-
simum,

simum, atq. à pueris vincēdis periculis & laboribus ex-
ercitatu: egregium scriptorē & expositorē diuinæ legis:
Sacrorū rituum & ordinum instauratorē: Demum diui-
norum & efficacissimorum psalmorum auctorem.

Argumentum Tabile xxv. de salmone.

Humanæ fortis mensura gemina.] Omnia rerū, quæ in ot-
be experuntur, summa in Salomone cōtinetur, videlicet,
sapientia, diuinitiæ, opes, potentia, gloria, & voluptas. Atq.
in eodem etiam statutum est exemplum magni casus, in
quem deueniunt, qui à timore Dei recesserint.

Argum. Dedicationis.

Principis sapientissimo, vita mortalis magistrī.] Nō modò sapien-
tia & eruditione, sed propria etiam experientia zuctus
Salomon libros scripsit, quibus omnis humanae vitæ &
recta & peruersa ratio continetur.

Ode xxv. Argum.

Laudatur Salomonis regnū, sapientia, diuiniis, & rerū
omniū cognitione, præter cetera vel priora, vel posterio-
ra exempla, præstantissimè felix; tamē illa exceptione im-
minutum, quod ob seminarum amorem admisso vano-
rum deorum cultu fuerit obscuratum: & tandem nihil
præstantius in vita esse, quam Dei timor, probatur.

Argum. Tab. xxvi. de Isaiā.

Pietatis indeſſion studium.] Huius rei exemplū in Isaiā sta-
tuitur egregiū, qui creditū sibi propheticū munus summa
fide, magnæ pietatis & publicæ salutis cura, usque ad
mortem diligentissimè gessit. Ille suorū temporū scripsit
historiam, hoc est, partem librorum Regum.

Argumentum dedicationis.

Diuinarii rerum indici admittibili.] Nam nullus antiquorum
prophetarū de diuinis rebus, de humanae salutis ratione
arcana, de Christo, de omni denique Euāgelio plenius
& significantius scripsit quam Isaias.

Ode xxvi. Argum.

Continet Ode breue summā rerum in Isaiā libro scri-
ptarū, laudesq. ipsius prophetæ, à genere, à munere au-
toritate, & actionū dignitate, ab Euāgeliū significatione
apertissima, à diuinā prorsus eloquentia: demū à cōstantia
pro diuina veritate supplicij genere grauissimo perfec̄do.

b

Arg-

Argument. Tabulae xxvii. de Hieremias.

Honestæ indolis decursus integer.] Hieremias à Deo ad propheticiū munus antè electus quam natus, religiosè educatus, magnū fortitudinis & strenuitatis exemplū, omni virtue & muneric sui parte exhibuit. Id quod in dedicatione etiam significatur.

Dedicatio.

Legato, strenuo, fortis, & infrasto.] Namq. & diligenter & strenue creditū sibi prophetæ munus gessit, nullis vel minis, vel laboribus, vel regū & populorū inuidiis perturbatus.

Ode xxvii. Argument.

Quantum possit tenax animi propositum cū fide coniunctū, & facere & ferre ac vincere, ostendit Ode laudibus Hieremiae variis decantandis. Deinde ostēdit virtuti, quamuis à propriis ciuibus repulsæ, suum locum tamen, ex Dei prouidentia, honestissimum apud hostes esse.

Argum. Tabul. xxvii.

In tempestate subsidium.] Captiuis Iudæ filiis tamen diuino beneficio Daniel interest, qui prophetæ munus utilissimum ad salutis spem magna auctoritate tueatur.

Dedicationis Argum.

Variis fontib. temperantib. exercitatib.] In ferendis aduersis rebus fortissimus fuit Daniel, qui captiuus multorū principum virorū inuidia, vsq. ad varia mortis pericula, laborauit. Quantum à vitiis & voluptatibus idem abstinuerit, historia declarat: exercitatissimus autem in publicis rebus præcipue ad pietatem pertinentibus fuit.

Ode xxvii. Argum.

Docet hæc Ode circa finē ferè antiquorū temporum, cùm minus frequēs prophetæ munus esset, extitisse Danielē, qui præteritarū, presentium & futurarū in orbe rerum seriē exponeret, eundemq. verorū somniorū interpretem, magnū & certum fuisse significat, & visionū explicatorē admirabilem: cuius sententias omnes & evenitus ipse probauit, & scripta etiam sancta veraque esse Christus confirmauit.

Argument. Tab. xxix.

Providence instauratrix.] Nihil eorū, quæ diuina prouidentia instituit, imperfectū manet, quamuis magna difficultate

tate impeditū, aut interruptum putetur. Res Iudæorum detritas & profligatas Deus, excitato Esdra, restituīt: ut tandem in Iudæa locus pararetur Messiae, salutis auctori propediem venturo.

Dedicatio.

Scribē sapientiss. paternitate.] Namq. Esdras religionibus, rebus curatis, legibus faciis instauratis, moribus emēdati, populoque per penitentiam expiato, diuinam clementiam erga suos mouit, & gratiam reconciliavit.

Ode xxix. Argument.

